



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

1. Dies Februarii. Dignior sequetur effectus, quem terventior præcedit affectus. August. Epist. 121.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Januar.

Tessera.

85

& salutis nostræ sempiternæ non solum negligentes, sed hostes capitalissimi, torpemus in nostra meliori causa, nihil in tota messuri æternitate, nisi cuius brevi nunc vitæ hora fementem fecerimus? Evigilemus tandem, & aliquid sobrii consilii ineamus. Si nobis centenario labore millies tantum lætitiae ac delitiorum deferatur, magna profecto & quæstuosissima gratia præstetur. Unius horæ patientiâ cùm æternitas omnis suis exundans gaudiis defertur, qua mente nos esse necesse est, quam diligenter, & avidè horâ illâ uti, vitæ scilicet hujus brevitate. Planè, siquidem ait D. Augustinus : *Pro æternarequie, labor æternus subeundus esset, & æternam fælicitatem accepturus æternas passiones sustinere deberet.* Quantò magis delestationes horrere noxias, ac momentaneas, æterno nihilominus cruciatui nobis futuras. Si quod est damnum, quod deberet nobis extorquere ex oculis lachrymas, è pectori suspiria, ex ore lamenta, deberet esse damnum temporis. Dicergò cum Poëta.

*Damna fleorum, sed plus fleo dannarierum :
Quisquis potest rebus succurrere, nemo diebus.*

I. DIES FEBRUARII.

Dignior sequetur effectus, quem ferventior præcedit affectus. *August. Epist.*

121.

Novus men- I.
sis, novo in-
choandus
fervore.

Ecce hic secundi mensis diem primum, qui ut animo tuo sit secundus, debet tibi esse cura prima. Ut hujus mensis tempore uariis cum fænore, multum conduceat, si præ-

F 3

cedat

cedat illius benè utendi fervens desiderium. Nam secundum mensuram affectus, erit & effectus. Ut hic ex voto sequatur, in hoc elabora, ut tota tua hujus mensis opera, sit opus bonum. Imò totum tuum negotium, sit mala pati, & bona facere. Velis, nolis, semper, & ubique necesse est pati, vide ut cum usum patiaris. Hoc tibi certò persuadeas, plus patientem esse, quam vivendum, nec modum, nec partem vita esse expertem laboris. Unum malum quod patieris gradus est ad aliud quod patieris; & unus labor, ei hæres alterius. Si hunc fugis, sequentem non effugies. Labor aliquis tibi est certus, qui subeundus est, aut cum lucro, patientia, aut cum damno, pœnitentia. Solum igitur commutare possumus laborem non declinare. Vide igitur cui velis hujus mensis quem hodie auspicaris, laborem consecrare, tempore an æternitati, & in ea pœnæ, an gloriæ, Deo mundo, tibi an hosti tuo?

II. In hoc plurimi, ne dicam plerique pernici-
sissimè errando hallucinantur, quod censeant, ut sa-
lute potiantur, non esse necessarium, tantum ad
perfectionem conatum. O imbellis! Quid curas ad
beatitudine tua tam miserè? de salute tua tam perni-
ciosè? Degloria Dei tam abjectè, & limitatè, qui
est immensa? Amabo te, si salus tua penderet, non
solum ab observatione mandatorum, sed etiam
Christi consiliis, & simul in tua perfectione staret, &
de perderet salus omnium, qui fuerunt, sunt & erunt
hominum, Angelorum, ac B. Virginis, & liberatio
Christi à cruce, ut tantum asequereris bonum, quan-
tum vix ullum potest esse majus, nonne quidquid in
te est industria, quidquid posses subire laboris, quid
quid

ruar.
am se-
Ut hic
a hujus
um ne-
nolis,
n usun-
endun-
m vitz
o patens
or, el-
n efflu-
hus ell-
enite-
poren-
ensis
empo-
Deo-
rnicio
, ut fa-
tum a-
uras d-
perni-
è, qui-
et, no-
etiam
aret, &
x erum
operatio-
, quan-
quid in-
quid
quid

Tessera.

87

quid valeres omnibus, & Naturæ, & Gratiæ, corporis, & animi viribus, id totum conatus tuto impenderes, ut perfectionem assequereris, non nescius tui unius labore, fore omnium salutem? Nunc igitur attende, & mature expende, majus, quam dixi, propono bonum, hoc est Gloria Dei, & beneplacatum Divinum, quod multò est majus, quam salus omnium hominum per se considerata, & quam ipsa vita Humanitatis Christi.

III. Cùm igitur tanti sint pretii singula tua opera, ut possis quolibet placere Deo, & augere gloriam Dei, seriò illa hoc mense propone sic aggredi, ut velis facere perfectius, quam unquam antehac, ad utilitatem triumphantis in cœlo, militantis in terra, & patientis sub terra, Ecclesiæ; ad Dei honorem, tuam salutem, aliorum utilitatem, omnium exemplum. Sic perage quodlibet opus, ac si Deus ex creatione mundi, & redemptione hominum, & præparatione gloriae pro hominibus, non exspectasset aliud fructum, quam hoc quod agis opus. Perinde ac si tota tua salus, & simul omnium hominum & gloria Divinitatis penderet de minimo tuo opere. Imò sic te in quovis opere impende, ac si aliud nullum posthac esses repetiturus, sed statim absoluto hoc opere, moriturus; ac ita illud opus foret, totius vitæ, inter omnia opera postremum. Ne igitur parcas labori levi, cum jactura meriti tanti. Ne frustres finem tuum, sed conare imitari cum gratia Dei pulcherrimos conatus naturæ semper curantis fructus suos meliores quoad possit producere tibi, ut tu perfectiori modò possis servire Deo. Memineris semper obsecrata tua omnibus modis diminuta esse, nec pos-

F 4

se fie-

se fieri æqualia Gloriæ, quæ tibi promissa est, nec pœnæ inferni quas meritus es, nec laboribus Christi, quos pro te pertulit, nec beneficiis Dei, quibus te operaverat, nec ejus bonitati immensæ, cui tu servis.

DIES FEBRVARII.

*Quidquid Maria egit, disciplina est. S.
Ambros. lib. 2. de Virginibus.*

Invocan-
da Dei-
para.

TRes hodie in Templo Salomonis, veluti in celeberrimo theatro, personam fibi à Deo impositam, summa cum dignitate sustinebunt, Infans, Virgo, Senex. Infans simul, & antiquus dierum, Virgo simul, & Mater; Senex simul, & Vates. Infans, Filius Dei; Virgo Mater Dei; Senex servus Dei, Jesus, Maria, Simeon: quot nomina, tot Numina. Quidquid egerunt singuli, disciplina est. Primus sit ordine, qui primus dignitate, Jesus. Ingressus est Infans templum ut observaret legem, qui ipse tulerat legem. Sed quidquid ipse fecit, nobis lex est: quia omnis ejus actio, nostra est instructio; Christi imitatio, Christianorum est perfectio. Hunc Infantem sequi est dignitas, assequi fœlicitas. Non est quod timeas falli, dum crucem prodelitiis, opprobria pro honoribus, nuditatem pro opibus suadet; qui suadet, est Veritas, nec erravit, qui sic agendum judicavit, quia qui judicat, est Sapientia. Nec est, quod diffidas, est idem summa Bonitas, summa Potentia: his tamen rebus te redemit, & speras te aliis redimendum; Tua salus iisdem operibus incipitur, & perficitur. Hic te Christus voluit redimere,